

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira bc  
cum fonte primo

Immodica ira gignit insaniam.

Hic exardescit affectus ex amore quam ex odio nascitur, non minus inter seria quam inter lusus et iocos, nec interest ex qua magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus sed quo incidat.

Ingentis ire exitus furor est, et ideo ira uitanda est, non immoderacionis causa sed sanitatis.

Seneca libro de ira.

Delegabo te ad Epicurum, ab illo fiet numeratio:  
'inmodica ira gignit insaniam'. Hoc quam verum sit necesse est scias, cum habueris et servum et inimicum. In omnes personas hic exardescit adfectus; tam ex amore nascitur quam ex odio, non minus inter seria quam inter lusus et iocos; nec interest ex qua magna causa nascatur sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus sed quo incidat; nam etiam maximum solida non receperunt, rursus arida et corripi facilia scintillam quoque fovent usque in incendium. Ita est, mi Lucili:  
ingentis irae exitus furor est, et ideo ira uitanda est non moderationis causa sed sanitatis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 2, 18, 14-15 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.49-50, ll.23-25, 1-8).